Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quododit · Idest non ut omnino non concupiscat · sed ut post con
cupiscentias suas non eat · Quod quidem tam magnū est · ut si
omnimodo fieret · & quamuis insint dum sumus in corpore mostis
huius desideria · peccati · nulli tamen eorum adhiberemus
assensum · Non esset unde diceremus · patri nr̄o · qui est in caelis ·
dimitte nobis debita nr̄a · Nec tamen ideo tales iam essemus
quales erimus cum mostale hoc induerit immostalitatem ·
Tunc enim non solum nulli desiderio peccati oboediemus · sed
nulla er̄ desideria talia quibus non oboedire iubeamur ·
Nunc ergo ubi dicitur iam non ego operor illud · sed id quod
in me habitat peccatum · de concupiscentia carnis dicitur
quę operatur in nobis motus suos & iam quando eis non oboe
dimus · Dum non regnat peccatū in nr̄a mostalia corpora ·
ad oboediendum desideriis eius · nec exhibemus membra
nostra arma iniquitatis peccato · In qua iustitia nondum consum
mata · p̄seuerantes p̄ficientes ad eius consummationē quando
q: ueniemus · ubi peccati concupiscentia non cohibenda atq:
frenanda · sed nulla sit · Hoc enim lex posuit dicendo · non con
cupisces · non quod hic ualeamus · sed ad quod p̄ficiendo tendamus ·
Uerum hoc fit non lege quę hoc imperat · sed fide quę hic imperat
Non littera qua iubetur · sed spū quod sonatur · Non ergo
meritis operantis hominis · sed largientis gratia saluatoris ·
Utilitas itaq: legis est · ut hominem de sua infirmitate conuincat ·
& gratiae medicinam quae in xp̄o est implorare conpellat ·
Omnes enim qui inuocauerit nomen dn̄i saluus erit · Quomodo
ergo inuocabunt · in quem non crediderunt · Quomodo
credent · quem non audierunt · Unde paulo post dicit ·
Igitur fides ex auditu · auditus autem p̄ uerbum xp̄i ·
Quae cum ita sint qui seis nr̄a helitas · ēē · carnaliter gaudent ·
& pr̄ter xp̄i gratiā in lege gloriantur · hi sunt de quibus